

Angelo Gambella

*Una breve nota su Trieste medievale e la Passione di San Giusto**

Quando Carlo Magno nel 788 strappò Trieste ai Romani d'Oriente e v'introdusse le leggi e consuetudini germaniche determinò la forte reazione dei triestini e degli istriani che con il placito di Risano¹ ottennero almeno in parte il riconoscimento dell'*antiqua lex*. È così anche la città di San Giusto -martire al tempo di Diocleziano e Massimiano- vedeva ripristinato il proprio carattere romano-giuliano.

Trieste divenne progressivamente, nel basso medioevo, un porto autonomo pur dovendo, per ragioni diverse, guardarsi da città e potentati come Venezia, Aquileia, Grado, e la vicina Capodistria.

Nel XII secolo la *Tergestinae Civitatis*² con un proprio vescovo e un gastaldo che agiva *pro communi de Tergesto*³ viveva un periodo di sviluppo economico e sociale coinciso con l'indebolimento dell'azione del patriarcato di Aquileia⁴ fino alla "pacifica" sottomissione al Doge Enrico Dandolo⁵.

In questo periodo, con ogni probabilità, venne compilata la *Passio Sancti Iusti Martyris* a noi pervenuta, certamente basata su un testimone autentico a sua volta ricavato dagli atti del processo o comunque da una fonte coeva. La *Passio* venne riprodotta dai bollandisti negli *Acta Sanctorum* sulla base di un originale del XII secolo conservato alla Marciana di Venezia, di un apografo triestino, e di un esemplare viennese di mano del secolo XIII.

Stando alla narrazione del martirio, al principio del IV secolo, l'anno dev'essere il 303, nel mese di novembre, il giuliano Giusto, cristiano dalla nascita, si vide convocato a Trieste dal prefetto Mannaccio. L'ordine imperiale per chiunque si professasse cristiano era praticare il sacrificio agli dei: l'unica alternativa era la condanna a morte.

Davanti al prefetto, Giusto non rinnegò la propria fede, si dimostrò tenace, senza incertezza o paura alcuna: affrontò così il proprio martirio per annegamento con pesi di piombo nel mare di Trieste. Il giorno successivo il corpo approdato sulla spiaggia venne raccolto dal prete Sebastiano e da altri cristiani che lo seppellirono.

Il culto antichissimo del martire è testimoniato dalla chiesa a lui dedicata con un mosaico databile alla metà del VI secolo.

La *Passio* è una straordinaria testimonianza di fede e merita di essere integralmente riprodotta⁶.

* Questo articolo è stato pubblicato in forma modificata in *Contributi storico-letterari nel 50° Anniversario di Trieste Italiana*. Studi e Testi di Storiadelmondo, Drengo Roma 2005.

¹ P. KANDLER, *Codice Diplomatico Istriano* (CDI), I, 54 pp. 111-125 (a. 804).

² CDI, I, 123 pp. 247 "actum in Civitate Tergesti" (a. 1114); CDI, I, 124 pp. 249-250 (a. 1115); CDI, I, 133 pp. 262-263 (a. 1139); CDI, I, 134 pp. 264-265 (a. 1142); CDI, I, 183 p. 343 (a. 1192).

³ CDI, I, 133 p. 262-263 (a. 1139).

⁴ CDI, I, 183 p. 343 (a. 1192).

⁵ CDI, II, 195 p. 363 (a. 1202).

⁶ Riportiamo la versione degli *Acta Sanctorum*, Novembris, I. Dies secunda, coll. 428-430, Bruxelles, s.d., editio Carolus De Smedt, Guglielmus Van Hooff et Josephus De Backer. Per una lettura critica, v. ora S. DI BRAZZANO, *Passio Sancti Iusti Martyris* in *Atti e memorie della Società istriana di Archeologia e Storia Patria*, 98, 1998.

Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, consulatus eorum quarto anno imperii ipsorum nono, facta est persecutio in christianos, ut si quis christianus non sacrificaret idolis diversis pœnis affligeretur. Eodem verotempore directus est in ordine vicis suæ impiissimus Mannacius præfectus, civis Orientis, ut ipse per omnes insulas vel civitates consulares ordinaret. Apud civitatem Aquilegensis Eunomium nomine præsidem ordinavit, virum deditum simulacris paganorum. In hac vero Tergestina civitate Istriæ provinciæ, quæ est in vico civitatis Aquilegensis, ordinatus est Mannacius in magistratu. Erat autem in eadem civitate vir quidam nomine Justus, ab infantia timens nomen Domini nostri Jesu Christi; qui in jejuniis et eleemosynis semper perseverabat. Cujus famam audiens prædictus Mannacius magistratus, directo ad eum decurione civitatis jussit eum suo consistorio præsentari.

Qui cum venisset in medium consistorium, signo crucis armavit frontem suam; et ita ab eo interrogatus est: *Christianus es an non? Vir Dei Justus ita constanter respondit: Christianus sum a parentibus ab infantia mea.* Mannacius magistratus dixit: *Nescis aut forte incognitum tibi est quoniam piissimi Augusti per omnes provincias præceperunt ut omnes christiani sacrificent diis nostris, qui autem contemptor fuerit capitalem sententiam percipiat?* Sanctus Justus dixit: *Sacrificare me nunquam denego, sed Deo Patri Filioque ejus Jesu Christo. Verum etiam aliud sacrificium offerre non possum, præter ipsum Dominum Deum christianorum.* Mannacius magistratus dixit: *Nescis quanti pro Christo, quem dicis, male interfecti sunt?* Sanctus Justus respondit: *Et ego hoc frequenter Dominum nostrum Jesum Christum deprecor ut unus ex ipsis fieri merear.* Mannacius magistratus dixit: *Noli esse sicuti et illi stulti; accede et diis thura offer, ut ab omnibus diligaris.* Beatus Dei Justus respondit: *Majorem hac dilectione nusquam inveni, nec aliquando invenire possum, nisi ut Christo regi cælorum immobilem exhibeam fidem et ab eo vel ab angelis ejus diligar.* Mannacius magistratus dixit: *Ut video, posuisti mentem tuam ut pessime punitus moriaris, sicut et ceteri.* Beatus Dei Justus respondit: *Jam semel tibi dixi et iterum dicam, quia hoc cupio et desidero, si Dominus Jesus Christus mihi permittit.* Mannacius magistratus dixit: *Jubemus te in custodiam retrudi, ut tecum retractes quid tibi conveniat pro tua salute.*

Cum autem recluderetur beatus Justus in carcerem, flexis genibus deprecabatur Dominum, dicens: *Domine, qui pro genere humano de cælo a Patre tuo directus in terram descendisti et per uterum virginis Mariæ Deus et homo nasci voluisti, et multam atque infinitam misericordiam ostendisti, sicut nos sancta Scriptura admonet et docet, te deprecor, ut des perseverantiam mihi certanti pro nomine tuo, sicut et præcessoribus meis, qui pro tuo nomine passi sunt, quos in tuo paradiso collocatos a te credo. Ita et ego a te confortatus pati paratus sum, quia te credo una cum Deo Patre et Spiritu sancto regem esse cælorum.* Cumque nocte tota in orationibus perseveraret, alia die diluculo jussit eum Mannacius suo præsentari auditorio. Qui cum venisset, dixit ad eum magistratus: *Quid de tua salute cogitasti?* Beatissimus Justus respondit: *Noli putare me insensate agere. Mens mea mecum est, et mori paratus sum, et diversas pœnas corpus meum pati paratum est magis quam recedere a Domino Jesu Christo, benefactore meo.* Tunc Mannacius magistratus jussit eum extensum nervis crudis cædi. Qui cum cæderetur, elevans vocem magnam ad Dominum, dixit: *Benedico te, Domine Jesu Christe, quia nunc cognovi quod me exaudire dignatus es. Deprecor, Domine, ut in omnibus perficias cursum agonis mei, ut merear habere deitatis tuæ misericordiam, ut exultem cum sanctis martyribus tuis.* Quo audito, Mannacius subrisit et ait: *In magna dementia occupatus esse videris, qui derelinquere quæris hanc amœnitatis lucem et vis diversis tormentis male mori. Accede, sacrificata diis, ut tibi repropitientur et sis apud imperatores amicabilis, sicuti et omnes qui eis acquieverunt, et præcepta eorum adimplentes et diis immolantes gratiam eorum consecuti sunt.* Sanctus Dei Justus respondit: *Audi et crede mihi dicenti, ut istud a me non credas fieri, quia contempsisti jam seculum et vana simulacra respui, quæ sunt ut nihil. Nam et ipsi imperatores, quos dicis, sic sunt apud meipsum ut nihil, quia, cum sim indignus, amicitias Domini mei Jesu Christi acquisivi, cum quo celeriter in paradiso ejus cum sanctis martyribus exultabo.* Tunc iratus Mannacius magistratus hanc ei dictavit sententiam: *Justum, sacrilegi criminis auctorem, nec præceptis imperatorum acquiescentem, ut dignus est mala morte affici, in collo et manibus pedibusque pondera plumbi ligata, in profundum maris demergi præcipimus.*

Quem suscipientes ministri compellebant eum ambulare. Et cum ita duceretur sanctus Dei, gaudens ipse sibimet pondera plumbi portabat, valedicens fratribus vel amicis suis fidelibus, qui erant in

civitate, et quasi ad epulas vocatus ita festinando ambulabat. Et cum venisset ad quemdam locum remotum juxta litus maris, ligaverunt ei plumbo manus et pedes et collum fune immenso, et imposuerunt eum in scapha modicissima, et perduxerunt eum ad pelagus. Ipse autem hymnum Domino canebat, dicens: *Domine, factus es adjutor meus; convertisti luctum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum et præcinxisti me lætitia.* Tunc beatus Justus orationem fudit ad Dominum: *Domine Deus omnipotens, unigeniti Jesu Christi Filii tui Pater misericors, qui non es recordatus iniquitatum mearum, qui vis pænitentiam peccatoris, ut convertatur de via injusta et vivat in tua voluntate, qui duodecim apostolos coronasti et misisti eos per omnem mundum prædicare te, provisorem et salvatorem animarum nostrarum: te ergo deprecor, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui potens es ad salvandum: accipe commendationem quam credidisti. Itaque, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et completa oratione, miserunt eum ministri in mare. Et ut descendit in profundum maris, mox funes ipsi cum plumbo disrupti sunt, et ejus corpus adduxit mare ad litus hujus Tergestinæ civitatis, priusquam in occasum sol declinaret.

Ea vero nocte per visum commonitus est quidam presbyter, Sebastianus nomine, dixitque ad eum Justus martyr: *Surge in hac hora, et invenies corpus meum in litore maris, foris ab aqua, involutum in arena. Recollige et sepeli me cum diligentia in occulto loco propter tyrannorum illusionem.* Consurgens autem beatissimus Sebastianus presbyter noctu, pergyrans domos fidelium annuntiavit eis corpus beatissimi sancti Justi martyris. Qui exeuntes omnes cœperunt quærere per circuitum litoris maris. Quem cum invenissent, Domino gratias egerunt. Colligentes vero corpus ejus, cum aromatibus condientes, involverunt ipsum in lintheaminibus dignis et valde pretiosis, et sepelierunt eum non longe ab eodem litore, ubi inventum est sancti martyris corpus. Universi autem post sepulturam ejus Domino gratias egerunt, quod digni habiti sunt sanctum corpus beatissimi martyris Christi Justi revelatum sibi tumulare. Passus est autem beatissimus Justus sub die quarto nonas novembris, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et potestas in secula seculorum. Amen.